

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1589. usque ad annum 1595 - Una Cum Criticis R.P.  
Honorati A S. Maria Carmel. Discalc. Observationibus In Historiam  
Ecclesiasticam Abbatis Fleurii

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1772**

**VD18 90118669**

§. 30. Papa his rationibus convictus decisionem dissert.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67252](#)

**Sæcul. XVI**  
A.C. 1590.

„propensum exhibeat animum, dum  
„modo sine honoris, ac decentiæ læsi-  
„ne id fiat: insuper se rerum suarum ne-  
„cessitate ad amplectendam veram fi-  
„dem adactum cernit: præterea quo-  
„tidiano experimento comprobatum ha-  
„bet, quod ipsi exiguum prorsus præfi-  
„dium in Calvinistarum armis reposi-  
„tum sit, econtrario autem a Catholi-  
„cis Proceribus, qui ipsum semper suis  
„viribus adjuvarunt, eique adhæse-  
„runt, validam spem sibi polliceri va-  
„leat: rogamus itaque Sanctitatem ve-  
„stram, ut hasce rationes boni, æqui-  
„que consulat, atque ad florentissimi  
„hujus regni salutem eo studio, ac pru-  
„dentia, quam semper hucusque testa-  
„tam fecit, concurrere velit, cum ni-  
„hil magis Deo gratum, ac sibi meti-  
„magis gloriosum, nec etiam muneris,  
„quo fungitur, excellentia magis di-  
„gnum præstare valeat.

§. XXX.  
*Papa his rationibus convictus decisio-  
nem differt.*

*Thu. l. 98.  
Dav. l. II.*

**P**räter hæc Luxemburgicus ista sub-  
junxit: „nullatenus Sanctitas vestra  
„in animum inducat, quod Catholici  
„regis studiis addicti, aut viribus impa-  
„res, aut numero pauci sint; hi enim  
„potentissimam æque, ac nobilissimam  
„Franciæ

„Franciæ partem sibi conjunctam habent, ex adverso, si a foederato-  
rum factione pauci Nobiles excipiuntur, reliqui omnes non nisi perditorum hominum colluvies sunt, quorum potissimum vitae licentiae dediti, effrænes, atque ex infimæ plebis fœce cor-  
rasi homines existunt: nunc vero spes statissimi Galliarum Proceres, præcipue Episcopi regi adhærent, eo quod Henricus Borbonius eis spem fecisset,  
quod abdicata Calvini hæresi ad Ecclesiam redditurus sit., Postrema hæc propositio summo Pontifici summopere placuit; plurimum enim sua interesse censebat, ne tot Catholici Proceres irritarentur, qui ob arctum inter se amicitiæ vinculum difficulter ad obsequium revocari possent, cum aliunde timendum esset, ne Franciæ excidium ad augendam Hispanorum potentiam plurimum conferret: proin consultissimum fore arbitrabatur Pontifex, ut ad devinciendum Regis animum minus violenta adhiberentur remedia, ac proficuæ pacis beneficio, si fieri posset, omnes subditi per bella segregati rursus inter se unirentur.

Sæcul. XVI.  
A.C. 1590.

§. XXXI.

Cajetanus Papæ Legatus Parisios veniens, ac Senatum ingressus.

D 5

Eodem